



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Quid Moyses petiuit illis verbis Exodi 33. Ostende mihi gloriam tuam. c. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

Moyſi clare apparuiſſe: ſed aut in monte Oreb, aut in tabernaculo, quando de lege iterum ferenda Moyſes cum Domino egiſſet: at vero facies Domini ſemper ipſum præceſſit, toto peregrinationis tempore.

Deinde illis verbis, *Oſtende mihi faciem tuam*: Moyſem non poſtulaſſe claram Dei viſionem, communiter ſentiunt doctores; tamenſi in eo, quod petiſſe ſe dicitur, non ſatis conveniant. Quidam, ut reſert *Abulenſ. q. 13. in cap. 23. Exodi* ita interpretantur, *Oſtende mihi faciem tuam*, hoc eſt, hilarem, & propitium te mihi oſtende: iuxta illud *illumina faciem tuam ſuper ſervum tuum*. Sed hæc interpretatio ipſi non probatur, quod enim ſtatim adiecit, *ut ſciam te*, non videtur conſonare petitioni: namque ut bene ipſum cognosceret, nihil referre videbatur, quod ſe propitium, & hilarem Deus oſtenderet: ſed quod faciem ſuam reuelaret, qua parte homines cognosce conſueverunt.

Ideo *Abulenſ.* cenſet, Moyſem à domino poſtulaſſe ipſius maiorem notitiam, & cognitionem. Dominus enim antea per Angelos locutus fuerat ipſi, & quia homo ex facie cognoscitur, ideo petijt videre faciem illius, non claram, & intuitivam viſionem eſſentia, ſed qualis viatori communicari poteſt. Hæc tamen ſententia mihi non probatur; quoniam iam ſatis Moyſes de Deo cognoverat, licet miniſterio Angelorum ipſi apparuiſſet: quare niſi claram eſſentia ipſius viſionem deſideravit, non eſt cur dicamus aliam eius notitiã poſtulaſſe.

Ego ſane exiſtimo, Moyſem illis verbis petiſſe à Domino, ut eſſet dux eius in eo itinere, quo ipſe ducturus erat populum: id vero primo colligo ex reſponſione Domini, non enim reſpondit, *Oſtendam tibi faciem meam, ſed, facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi*: promittens ſe ducem futurum populo Iſrael, & tandem requiem daturum Moyſi poſt laborem itineris: ergo cum reſponſum petitioni convenire debeat, ſequitur ſolum poſtulaſſe à Domino, ut præcederet ipſos in via, & eam oſtenderet.

Secundo in Hebræo non dicitur, *Oſtende mihi faciem tuam*: ſed, *viam tuam*, imo in aliquibus vulgatis codicibus ſic legitur, congruit autem hæc lectio antecedentibus, & ſequentibus. Dixit enim Moyſes: *præcipis, ut educam populum iſtum, & non indicas mihi, quem miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris, Noni te ex nomine, & inveniſti gratiam coram me: ſi ergo inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam*: aut ſicut in Hebræo, & aliquibus vulgatis codicibus habetur, *viam tuam*: ac ſi diceret, ſi præcipis, ut educam populum hunc, cur non indicas mihi, quem miſſurus ſis mecum, ut viam demonſtret huius peregrinationis, per quam vis hunc populum deducere? ergo petiit à Domino, ducem aliquem huius itineris, non autem videre eſſentiam ipſius in monte Oreb. Atque hic ſenſus non ſolum mihi probatur, ſi ſequamur textum Hebræum, aut vulgatum, qui habent, *viam tuam*; verum etiam ſi ſequamur vulgatum emendatum, qui habet, *faciem tuam*: non enim poſtulauit Moyſes, videre faciem Dei, hoc eſt, eſſentiam eius, ſicuti eſt: ſed neque faciem aliquam corporeæ figuræ quomodocunque, ſed faciem illius, tanquam ducem peregrinationis, facie namque oſtenditur via. Congruit autem huic petitioni hoc modo explicata reſponſum Domini dicentis: *Facies mea præcedet te*.

Imo vero expoſitio illa, quæ *Abulenſi* non probatur, & priori loco retulimus, huic textui aptari poteſt, ut ſenſus ſit: oſtende te mihi hilarem, & propitium in hac via, per quam præcipis, ut educam populum tuum, *ut ſciam te*: hoc eſt, voluntatem tuam, deducendo populum hunc, in virtute, & portentis, ſicut huc uſque deduxiſti. Nec enim contentus erat Moyſes, cum ei dixit Dominus, *Angelus meus præcedet te*: ergo non contentus, quod habiturus eſſet Angelum ducem itineris, poſtulat ipſum ſer Dei præſentiam, non quia non ſciret, Deum ſemper per Angelum apparere, ſed deſiderabat inſignia miracula, & portenta, qualia illuc uſque viderat, ut ita omnibus eſſet manifeſtum, peculiari providentia, & virtute, Deum eſſe ducem illius populi. Hæc interpretatio colligitur ex *Abulenſ. quaſt. 4. ſuper cap. 33. Exodi*: & in eundem ſenſum, locum habere poteſt translatio LXX. *Oſtende mihi te ipſum manifeſte*: hoc eſt, ut ducem, Quare immerito *Auguſtinus Engubin.* in illud *Exodi 33.* approbans ſolum lectionem Hebræicam, reprehendit translationem Septuaginta, & vulgatam, quæ habet, *Faciem tuam*.

Tertio, illis verbis, *Oſtende mihi faciem tuam*, non poſtulaſſe Moyſem eſſentia diuinæ claram viſionem, probatur; quoniam in fine illius cap. 33. *Exodi* adiunxit Moyſes novam petitionem, dicens, *Oſtende mihi gloriam tuam*: quibus verbis, ſi aliquibus, maxime petiit eſſentia Dei claram viſionem: ergo illis prioribus non poſtulauit. Quod ſi his poſterioribus verbis eam viſionem flagitavit, ut autumant *Philo, Tertull.* *Iren.* *Hilarius* locis citatis, & *Athan.* in libro *Queſtionum, ad Antiochum, quaſt. 23.* ſequitur manifeſte, nunquam à Moyſe Deum viſum fuiſſe. Reſpondit enim Dominus, *Videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*: & paulo antea dixerat, *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet*. Negavit igitur Moyſi, id quod ipſe poſtulauerat. Quocirca ſi videre faciem, eſt videre eſſentiam; ſequitur viſionem illius, non fuiſſe Moyſi conceſſam; ſed viſionem ſolum poſterioris partis, cum dixerit, *Posteriora mea videbis*: nempe, aut effectus, aut creaturas Dei, ut interpretatur *Philo, Irenæus, Hilarius, & Athan.* vel humanitatem Chriſti in monte Thabor, ut docent *Tertull.* & *Iren.* locis citatis, & *Nazianz.* orat. illa 34. parum poſt initium. Sed neque Moyſem deſideraſſe, aut petiſſe viſionem claram eſſentia Dei, cum dixit: *Oſtende mihi gloriam tuam*: ſeq. cap. monſtrabimus, ac proinde, neque Deum vnuquam viſiſſe, ſicuti eſt, ex illo ſaltem cap. *Exodi 33.* manifeſte colligitur, tantum abeſt, ut ex illo ſententia *Aug.* & aliorum probetur.

CAPVT IV.

Quid Moyſes petierit illis verbis *Exodi 33.* *Oſtende mihi gloriam tuam*.

Multo magis confirmabitur ſententia noſtra, ſi oſtenderimus illis verbis Moyſem non petiſſe viſionem eſſentia Dei, ſed gloriam corporalis figuræ, in qua appariturus erat Dominus. Id vero facili negotio ex ipſo contextu deducimus: nam poſtquam Moyſes de monte, accepta ſemelle, & deſcendiſſet, & ira ſuccenſus propter populi idololatriam, tabulas fregiſſet, atque vindicta ſumpta de populo, dominus iterum ei in tabernaculo apparuiſſet, ſuadens ut ille in montem aſcenderet.

Secunda ex-
poſitio textui
aptatur.

Abulenſ.
Septuag.
Auguſt.
Engubin.

Non poſtula-
uit Moyſes
claram Dei
viſionem.

Philo.
Tertullian.
Irenæus.
Hilarius.
Athan.

15

Nazianz.

Dei viſionem
in forma
tantum cor-
porali poſtu-
laſſe oſtendi-
tur.

16

Exodi 19.

deret, iterum legem accepturus; ipse Moyses petiuit à Domino, videre gloriam illius in monte: per gloriam autem Domini intellexit maiestatem illam corporeæ figuræ, in qua Dominus apparuitus erat. Moyses enim quando in monte primum locutus cum Domino, accepit legem scriptam digito Dei, non legitur vidisse Dominum, aut gloriam illius, sed Dominum descendisse in nube densissima, quæ totum montem operuit; fulgura etiam, & tonitrua apparuisse: post hæc autem apparuit ei Dominus, Exod. 33. in tabernaculo, loquens cum eo familiariter, sicut amicus cum amico consuevit. Ideo non mirum, si Moyses iterum ascensus in montem, ab eo peteret, videre maiestatem, & gloriam formæ corporeæ, sub qua descendens erat in montem, faciem nimirum illius, in qua maiestas, & gloria alicuius præcipue resplendet. Dominus autem ex parte acquiescens petitioni ipsius respondit: *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet*: & iterum, *Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram, cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petreæ, & protegam dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis postiora mea; faciem autem meam videre non poteris*; ergo negavit Dominus visionem faciei suæ: concessit vero sui ipsius terga videri: id quod nisi de corporali figura intelligi nequit. Ideo autem negavit, quia tanta erat claritas vultus, ut nullus oculus corporeus eam ferre posset. Atque idcirco dixit, *Non me videbit homo, & viuet*: quod nisi ita intelligeretur, frustra dixisset Dominus, *Ponam te in foramine petreæ, & protegam dextera mea*. Nisi enim periculum esset mortis, videre nimiam illam claritatem vultus corporeæ figuræ, non opus erat protegi manu Domini in foramine petreæ, donec transiret Dominus: atque ita factum esse, sequenti capitulo ostenditur, cum dicitur, *Quo, scilicet deo, transeunte coram eo, scilicet Moysse, ait Dominator, Domine Deus, &c.* Putat autem Abulen. q. 19. & 20. in c. 33. Exodi positam fuisse à Deo nubem super foramen petreæ, ne Moyses videret faciem, & gloriam vultus Domini transeuntis. Concessit autem Moysi videre posteriorem partem illius figuræ, in qua ipse apparuit, quod in ea splendor lucis magis esset temperatus, ut eum visus ferre posset: & hoc est, quod dixit Dominus eo c. 33. *Ego ostendam omne bonum tibi*: non quod totam maiestatem vultus ostendens esset, sed eam gloriam, & splendorem, quem Moyses ferre poterat, ut inde coniceret, quanta esset gloria vultus illius, quem videre cupiebat. Hanc expositionem tradidit Abulen. q. 17. & 18. in cap. 33. Exodi. Ex quibus omnibus constat Moyssem tunc non petiisse à Domino essentiam ipsius, sicuti est, clare intueri, sed corporalem illam figuram.

Prima expositio illius loci, *Non me videbit homo, & viuet*.

Tertullia, Athanas.

Anima Christi cum divinitate descendit ad inferos, unde probatur Athan.

Quare interpretationes illius loci, *Non me videbit homo, & viuet*, quas Augustin. & alij adhibent, non videntur literæ recte quadrare: quidam ad visionem claram, silentia Dei referunt, & dicunt. Deum non posse ab hominibus in carne videri, quin statim homo moriatur: idque voluisse Scripturam Exod. 33. Sic insinuat Tertull. lib. contra Praxeam, c. illo 14. & videtur supponere Athanas. sermo. 3. contra Arianos, ubi, ut ostendat, non solum divinitatem ad inferos descendisse, sed etiam animam, arguit ex hoc loco hac ratione. Christus descendit ad inferos ad servandas, non ad perdendas animas, ergo sola divinitas non descendit: *Quia non me videbit homo, & viuet*: oportuit ergo divinitatem animæ temperari,

ut anima Patrum conspectum illius ferre possent. Miror tamen horum Patrum interpretationem; primum, quia non videtur, quæ ratione visio clara Dei, mortem, & non summam delectationem spirituales afferre possit. Deinde etiam si ita esset, solum posset contingere homini degenti in carne mortali, ut insinuare videtur Tertull. at animæ separata, quæ immortalis est, & incorruptibilis, quam mortem afferre posset? Postremo anima Christi unita divinitati quomodo posset ipsam temperare, ut sine periculo videretur.

Aug. vero in epist. 112. c. 12. & Anselm. in illud 2 ad Corinth. 2. in illa verba, *Raptus est hic interpretatur*, non me videbit homo, dum in hac vita mortali fuerit, nisi à sensuum operatione rapiatur. Multi ex alijs Patribus, quos cap. 2. citavimus, qui dicunt, claram Dei visionem Moysi non fuisse communiscatam, sic explicant; non me videbit homo dum in hac vita mortali vixerit: sed nulla harum interpretationum literæ quadrat. Ut enim supra dicebamus, si aliquid horum Dominus diceret: voluisset, non addidisset, *ponam te in foramine petreæ, & protegam dextera mea*, ubi se defenditur, & protecturum esse Moyssem, ne claritate vultus sui perterritus moreretur. Planus igitur sensus illius loci est, quem iam diximus, videlicet, non poterit homo ferre claritatem vultus figuræ, in qua apparebo, quin moriatur.

Sed pro maiori explicatione adhuc notandum est, in Scriptura hanc eandem sententiam, in alium tamen sensum reperiri. Dicitur enim *Moriemur*, Iudic. 13. *quia vidimus dominum*: quod idem omnino videtur, atque, *Non me videbit homo, & viuet*: hoc est, morietur. Verum tamen ubique hæc sententia reperitur, præterquam Exod. 33. alio modo intelligenda est. Homines enim cum timorem de Deo communiter conceperant, ut si vidissent ipsam in aliqua forma visibili, veluti præsagium mortis haberent, non quia nimio fulgore illius laderentur, sed quia eam de Deo opinionem conceperant. Ideoque tanquam quid mirabile dixit Iacob *Vidi Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea*: ac si diceret, etiam si Deum facie ad faciem intuitus sum, anima mea, hoc est, vita mea incolumis servata est, & Iudic. 13. cum Manue Angelus vice Dei apparuit, postquam cognovit Manue, ipsum esse dominum, dixit: *Moriemur, quia vidimus dominum*. Ipsum autem Manue consolata est vxor ipsius his verbis: *Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocausta, & libamenta non suscepisset*: quæ sane consolatio nulla esset, si periculum mortis non ex opinione, quam de deo conceperant, sed ex fulgore vultus illius, & figuræ corporalis oriretur: eodem modo Iud. 6. cum vidisset Gedeon Angelum domini, qui vices ipsius dei gerebat, dixit: *Hen mi domine Deus, quia vidi angelum Domini facie ad faciem*: dixitque ei dominus: *pax tecum, ne timeas, non morieris*. Imo populus ille Israeliticus hunc eundem timorem concipiebat, cum dominum loquentem audiret: unde ut rem mirabilem populo illi dixit Moyses deut. 5. *Ecce esset nobis dominus Deus noster maiestatem, & magnitudinem suam, vocem eius audimus de medio ignis, & probavimus hodie, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo*. In hunc igitur sensum intelligitur Scriptura, quoties asserit, moriemar, quia vidimus Dominum, at illud Exod. 33. *Non me videbit homo, & viuet*, alio modo intelligi debet, ut explicatum manet. Neque enim Moyses, qui sapius

19

August. in illud 2 ad Corinth. 2. in illa verba, *Raptus est hic interpretatur*, non me videbit homo, dum in hac vita mortali fuerit, nisi à sensuum operatione rapiatur.

Tertullia exp. Iudic. 13.

Neque enim Moyses, qui sapius

20

Dei v. s. in forma visibili, ut præfatus sum, mortis sui antiqui. Genes. 32.

Iudic. 6.

21

